Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



25

INFINEM IN HIMNIS DE OCTAVO PSALM DAVID.

De octauo hic uid̃tur obscurum. Nam cẽtera in hoc titulo manifestiora s̃.
Visum ẽ autem nonnullis diem iudicii significare. id est tempus
aduentus dn̄i. quo ueniturus ẽ iudicare uiuos & mortuos; quia ueni
tus computatis annis abadam. post vii. milia annorum futurus creditur. ut
vii. annorum milia tamquam vii. dies transeant. Ideo illud tempus
tamquam dies octauus aduenit; sed qn̄m dictum ẽ a dn̄o non ẽ urn̄ scire
tempora quae pater posuit in sua potestate. & de die uero & hora illa nemo
scit. Neq: angelus. Neq uirtus. Nec filius. Nisi solus pater. & illud qd̄ scriptum ẽ.
tamquam furem uenire diem dn̄i. satis aperte ostendit. Neminem sibi oportere
arrogare scientiam illius temporis computatione aliqua annorum; si enim
post vii annorum milia ille dies uenturus ẽ. omnis homo potest annis compu
tatis aduentum eius addiscere; ubi ergo erit quod nec filius hoc nouit? quod utiq:
ideo dictum ẽ. quia filium hominis hoc non discunt non quod apud se ipse
non nouerit. secundum illam loquutionem temptat uos dn̄s d̄s uester. ut
sciat. id est. ut scire uos faciat. & exsurge dn̄e. id est facinos exsurgere;
Cum ergo tradicatur nescire filius hunc diem non quod nesciat.
sed quod nescire faciat eos quib: hoc non expedit scire. id est non eis hoc
ostendat. Quid sibi uult Nescio quapiam resumptio. quae annis compu
tatis certissimum spernit post vii. annorum milia diem dn̄i. Nos igitur
quod scire nos dn̄s noluit libenter nesciamus. & quaerimus. quid sibi isto
titulus uelit qui scribitur de octauo. Post quidem etiam nulla annorum
temeraria subputatione dies iudicii octauus intellegi. Quod iam post
finem huius saeculi accepta aeternaui ta. Tunc non erunt iustorum
animae obnoxiae temporib:; & qn̄m omnia tempora vii istorum dierum
repetitione uoluuntur. Octauus fortasse ille dictus est qui uiri & carnem istam
non habebit. est aliud quod hic non absurde accipi potest. Cur octauus
dicatur iudicium quod post duas generationes futurum est. Una
quae ad corpus alterum q̄ ad animam pertinet; abadam enim usq: ad mor
sem genus humanum uixit ex corpore. id ẽ secundum carnem; Quia
exterior dicitur homo dicitur. & ueteris testamentum datum est.
ut quamuis religiosis tamen carnalib: adhuc operationib: futura spiri
talia praesignarent; hoc toto tempore quod secundum corpus uiuebatur
regnauit mors sicut ait apostolus. etiam in eos qui non peccauerunt. Regnauit autem
ex similitudine praeuaricationis adae.